



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Disputationvm De Censuris In Commvni,
Excommunicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

3 Quotuplex sit Censura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

Chrysostom.

34 q. 3. Vnde eleganter Chrys. homil. 4. ad Hebr. A
Nemo (inquit) condemnat Ecclesiastica vincula: non enim homo est qui ligat, sed Christus, qui nobis hanc potestatem dedit. Et habetur in cap. Nemo. 11. q. 3. Vnde etiam Ancher. P. in epist. decretali dicit hanc poenam

Auber.

Innocent. 3.

Tertullian.

Pamell.

Ratione probatur.

Obiectio.

Chrysostom.

Responsio.

1. Cor. 5.

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

habere in Ecclesia eum locum, quem poena mortis habebat in Synagoga. Quod etiam significauit Innocent. III. in capit. Per venerabilem, circa finem. Qui filij sunt legitimi, in illis verbis, Mori precipitur, id est per excommunicationis sententiam veluti mortuus à communione fidelium separari. Notanda etiam sunt verba Tertulliani, id Apolog. capi. 39. Summumque futuri iudicii praedictum est, si quis ita deliquerit, ut à communicatione, orationis, & consuetus, & omnis sancti commercij regeatur, & prius hanc poenam vocauerat censuram diuinam: circa quae verba videndus est Pamellius, & latius in epistol. 38. & 62. Cypriani, vbi multa alia ex sanctis Patribus congerit.

Ratione demonstrari potest hæc assertio ex præcedenti, nam in Ecclesia est spiritualis potestas coercitua, quæ ex Christi institutione non est limitata ad vnum vel alterum modum poenæ, sed generatim concessa ad omnem modum, qui secundum rectam rationem possit institui. Vnde & ipsa verba Christi generalia fuere, quantum ex forma verborum esse poterant, scilicet. Quacunq; ligaueritis. Sed hic modus ligandi & puniendi per censuras est possibilis, ut constat, & est proportionatus spirituali potestati, tum quia spirituali potestati magis congruit spiritualis gladius, quam materialis: tum etiam, quia vnaquæque res publica, ut puniat, vel coerceat subditos, priuare potest illos propriis bonis, vel priuilegijs illius rei publicæ: hoc autem facit Ecclesia per censuras.

Dices, non esse parem rationem de spiritualibus, & de materialibus bonis: videtur enim contra debitum vsum potestatis spiritualis, ut Ecclesia priuet subditos spiritualibus bonis, ut in ratione dubitandi propositum est. Quæ non parum augetur argumento Chrysostomi homilia de anathemate, vbi sic inquit, Aut anathematizatis viuentem, aut mortuum? Si mortuum, impiè agis, quia iam subire humano non existit, sed Domino suo stat, vel cadit. Si viuum, impiè etiam agis, nam eum, qui ad bonum conuerti potest, abscondis. Respondetur, poenam hanc non esse ab usum, sed iustum vsum Ecclesiasticæ potestatis, neque esse nimium rigorosam, aut acerbam, sed proportionatam, & conuenientem, clauæ (ut inquit) non errante, id est, si pastores Ecclesiæ prudenter illa vtantur. Primo quidem, quia hæc spiritualia bona, quibus homines per censuras priuantur, non sunt ipsamet bona interna, in quibus vita spiritualis consistit, aut à quibus essentialiter pender (his enim non potest homo priuari per humanam potestatem absque proprio consensu) sed pertinent vel ad vsum alicuius Ecclesiastici ministerij, vel sacramentorum, vel ad commune in aliquo fructu sacrificiorum, orationum, & aliorum bonorum operum Ecclesiæ.

Et quænis communicatio in his bonis possit multum conferre ad internum bonum animæ: nihilominus aliquando magis confert ad excitandum & commouendum hominem contumacem ipsa priuatio talis communicationis; nam pudore afficitur, quando videt se à consortio sanctorum segregari, vel timore mouetur, cum se conspiciat in tanto periculo constitutum? Preterea talis poena non est pura, sed medicinalis, ut dicitur in ca. 1. de sent. excom. in 6. & sumitur ex illo Pauli 2. ad Corinth. 5. Tradidi eum Satanae, ut spiritus eius saluus fieret. Neque verò potest semper tam suavis esse medicina, ut nihil noceat, quod in corporalibus etiam videre licet. Hoc autem nocuum in huiusmodi censura non erit admodum graue, si ipsa censura breui tempore duret: est autem fere positum in voluntate eius qui sic

punitur, ut breuissima sit talis poena seu priuatio præsertim, quoad ea bona, quæ ad proprium spirituale profectum cōferre possunt. Vnde si ille qui sic punitur, nolit relapsus, & propterea diu tātis bonis priuetur, sibi imputet. Eo vel maxime, quod ad commune bonum Ecclesiæ expedit, ut, qui huiusmodi est, ab aliorum consortio segregetur. Ecclesia autem in his censuris institutis, & ferendis, magis prospicit communi bono, quam priuato: nam, pestilente flagellato, salus etiam sapientior erit, ut dicitur Prouer. 19. & 20.

Ad argumentum autem Chrysostomi respondetur in primis, de sententia ipsius Chrysostomi, tum alijs locis, tum in illamet homilia satis constare, esse in Ecclesia potestatem, de qua agimus, & licitum vsum anathematis. Solū ergo reprehendit vel nimiam facilitatem, & ab usum, vel temeritatem etiam anathematizandi ultra concessam potestatem. Et huc videtur ratio eius tendere: reprehendit enim eos, qui fortasse nimio zelo ducti, non solum doctrinam aliquorum anathematizabāt, sed etiam in ipsas personas inuehebantur sine fructu, & utilitate. Item videtur specialiter reprehendere aliquos, qui ita ferebant anathema, ut nullam relinquerent sperandam, contra quos recte procedit ratio eius. Alioqui nullā vim habet: nam iuste & pie potest abscondi viuus, etiam si conuerti possit: imò ad hoc absconditur, ut conuertatur, ut spiritus eius saluus fiat, ut dicitur 1. ad Cor. 5. An verò possit censura seu excommunicatio in mortuum ferri, dicemus postea suo loco. Nunc satis sit dicere, si quomodo fertur, vel esse potius declarationem excommunicationis prius contractæ, vel directe solum esse quoad ea, quæ potest defunctus à viuentibus participare, ut sumitur ex Quinta Synodo, Act. 1. & habetur in c. vlt. 2. 4. q. 2.

Supererat autem hoc loco tractandum, in quibus personis seu ministris Ecclesiæ hæc potestas relideat: Sed hoc spectat ad causas seu ministros censurarum ferendarum, de quibus propria inferius disputationem instituemus.

SECTIO III.

Quotuplex sit censura.

Hæc questio definita videtur ab Innocent. III. in capit. Quarenti, de verb. signific. vbi sub censura tres species comprehendit docet, excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Ex qua definitione est in primis certum, & extra controuersiam has tres esse veras censuras, quia hoc verbis expressis docet Pontifex: & ita in hoc nullus catholicus dubitat. Et potest facile ostendi ex dictis de communi ratione censuræ: nam hæc omnes sunt quædam poenæ spirituales, quibus priuantur fideles vsum, vel communicationem aliquorum spiritualium bonorum. Vnde etiam facile constat, id quod secundo loco est certum, has tres esse distinctas in ratione censuræ: nam diuerso modo, & diuersis bonis spiritualibus priuant, ut, de singulis differentes, late videbimus.

Tertio colligitur ex eadem definitione, nullam aliam esse censuram præter has tres. Hoc non est tam euident, quia Pontifex non expresse adhibuit hanc partem negatiuam seu exclusiuam. Mihi tamē satis certa videtur: quia illa responsio Pontificis, est doctrinalis, & ideo, licet in verbis indefinita videatur, æquiualeat vniuersali, ac si diceret, omnem censuram in illis tribus membris comprehendendi. Item quia alias insufficienter Pontifex respondisset: & quæstioni sibi propositæ non plenè satisfecisset: Fuera enim ab illo interrogatum, quid esset nomine censuræ intelligendum in Pontificis rescriptis; & re-

Prou. 19. & 20.

17

Loco Chrysostomi sit.

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

Sect. III. Quotuplex sit Censura.

7

& respondet, nō solum interdictum, sed etiam suspensionem, & excommunicationem: ergo intelligitur nihil aliud illa voce comprehendi iuxta Ecclesiasticam consuetudinem, & significationem. Alias regula illa insufficiens esset ad intelligenda rescripta Pontificum, & concessiones quæ in eis sunt: nam interdum possemus nomine censuræ quidquam aliud explicare. Atq; ita vana & ferè nullius momenti esset illa responsio: si quidem ea nō obstante, quando Pontifex concedit facultatem tollendi censuras Ecclesiæ, vel ferendi illas, posset quis interpretari, ibi dari facultatem tollendi, vel imponendi etiam irregularitatem, depositionem, aut alia similia. Nec dici potest, ibi tantum exponi nomen censuræ, quatenus in rescriptis Pontificiis usurpatur: non verò secundum se & absolute sumptum: hæc enim duo inter se pugnant: nam censuræ nomen rē quandam moralem, seu penam ab Ecclesia introductam significat, & primo ac per se nititur Pontificia auctoritate, & inde ad inferiores deriuatur. Vnde non potest aliter censura sumi, nec plures species sub se continere, quam in vñ summorum Pontificum habeat. Et ita quoties in iure numerantur censuræ, harum trium tantum fit mentio, vt videre licet in cap. primo, & in cap. statutum, de sent. ex cap. in 6. Idemque sumitur ex cap. Item, vbi Gloss. alia iura refert. Est etiam optimus textus in c. de iis, quæ vi meritisve caus. in 6. Sic ergo certum, tantum esse in Ecclesia illas tres species censuræ. Atque ita illum textum intelligunt communiter expoſitores ibi, & Summis verb. Censuræ. Nau. c. 27. in princ. & num. 194. & num. 254. & recentiores omnes communiter.

Nauar.

3
Sotopinio
vincitur.

Bannet.

4
Omne im-
pedimentū
vñ effectū
interdum
suspensio la-
te dicitur.

Contra hanc verò resolutionem opinatus est ex parte Soto in 4. dist. 22. quæst. 3. artic. 1. vbi his tribus membris addit duo alia. Vnum est cessationis à diuinis, de quo, quia prolixam postulat declarationem, infra suo loco tradendam: hic solum dicam vel claudi sub interdicto, vel censuram non esse, & idē non augere hanc partitionem. Aliud membrū est cuiusdam irregularitatis, distinguit enim duplicem irregularitatem, vnam, quæ sine crimine contrahitur. Et hanc posteriorem facietur non esse censuram, sed inhabilitatem quandam, priorem verò ait propriè dici censuram irregularitatis. Ex quo infert, cum in bulla Cruciatæ datur facultas absoluendi à censuris, sub ea comprehendi priorem irregularitatem, non verò posteriorem. Hanc doctrinam secuti sunt posteriores Thomistæ, vt videre licet in Bannes. 2. 2. quæst. 64. artic. 8. Veruntamen illam nullo textu, ratione vel auctoritate probant: & idē admittenda non est, præsertim cum repugnet responsioni Innocent. III. in dicto c. Quarenti, vt ex dictis constat. Mirumque est, cur Soto nullam illius textus mentionem fecerit, neque aliquid responderit.

Possit enim aliquis apparenter respondere, irregularitatem illā comprehendi sub suspensione: est enim irregularitas suspensio quædam, vt tradit Innoc. in cap. vlt. de excelsibus Prelatorum. Sed in primis, iuxta hanc interpretationem non augetur numerus censurarum ultra dictas tres generales species. Deinde iuxta eandem expositionem, non sola irregularitas, quæ ob crimen imponitur, sed etiam quacunque alia erit censura: quia omnis irregularitas vocari potest suspensio, iuxta illum modum loquendi aliquorū Canonistarum. Vnde veritas est, interpretationem illam esse confictam, & fundatā in æquiuocatione illius nominis *suspensio*. Nam, vt infra suo loco videbimus, interdum sumitur stricte pro quadam censura Ecclesiastica. Et hoc modo irregularitas nunquam in iure vocatur suspensio, sed distinguuntur tanquam penæ, vel priuationes diuersarum rationum. Alio verò modo sumitur late vox, *suspensio*, pro quocunque impedimento, aut im-

A hibitione vsus, officij, vel facultatis Ecclesiasticæ: & in hac significatione sumitur, quando irregularitas vocatur suspensio, quomodo etiam depositio, vel degradatio potest suspensio vocari: imò & peccatū mortale interdum ita appellatur, vt patet ex ca. vlt. de coha. cler. & mul. Improprè tamen & late. Pontifex autem in dicto c. Quarenti, stricte & propriè de suspensione loquitur, vt per se notum est. Nullam ergo irregularitatem sub illa trimembri diuisione comprehendit, quia reuera nulla irregularitas censura est, vt ex dictis etiam in sectione 1. constare potest.

Vnde etiam falsum est, quod de facultate absoluendi per bullam Cruciatæ Soto intulit: quanquā nonnulli Theologi illam sententiam amplexi sunt, B & multi confessarij minus docti eorum auctoritate nixi, illa facultate vtantur. Ducti etiam illo principio, quod privilegia amplificanda sunt, quoad possunt, iuxta cap. Olim, de verb. signif. & l. Beneficium de Constit. Princip. vbi dicitur, beneficia Principis largissimè esse interpretanda. Veruntamen intelligendum hoc est, quantum cum probabili ratione aut fundamento possunt: hic autem nullum inuenitur: quia si irregularitas censura non est, vt reuera non est, potestas, quæ ex vi verborum privilegij limitata est ad censuras, non potest rationabiliter ad aliquam irregularitatem extendi. Apparentius posset illa extensio fundari, quia in bulla dicitur, A censuris & penis: irregularitas autem illa, quauis censura non sit, est tamen poena. Veruntamen neque hac ratione vera est illa extensio, vt recte Nauarrus

5
Per bullam
Cruciatæ nō
potest tolli
irreg. alari-
tas.

C notauit, qui refert iuxta consuetudinem & stylum Romanæ curiæ, in ea generali facultate absoluendi à censuris, & penis non comprehendi irregularitatem, iuxta regulam textus in cap. vltim. de offic. Vicar. in sexta, vbi dicitur, In generali concessione nequaquam illa veniunt, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus. Cuius signum etiam est, nam interdum in privilegijs, seu bullis Pontificiis post illa generalia verba additur facultas dispensandi in irregularitate, quando Pontifex vult illam concedere, vt ex Bulla Iubilæi concessa à Clemente 8. anno 1593. notauit Vgolinus libr. de Censuris tabula 1. cap. 26. num. 2.

Nauar.

Vgolin.

Adde, quod etiam cum hæc facultas expressè conceditur excipitur irregularitas cōtracta ob voluntarium homicidium, quæ etiam potest esse pœnalis: vt in simili etiam fecit Trident. sess. quarta, capite sexto, de reformat. nullo ergo modo censenda est comprehendi sub illa generali facultate absoluendi à penis. Quod si dicatur, illam irregularitatem ita esse pœnam, vt etiam absque culpa, & consequenter absque ratione pœnæ contrahi possit, propter indecentiam, vel significationem; idem dicendum erit de quacunque irregularitate, quæ licet in pœnam imponatur, non amittit perpetuam, & specialem rationem inhabilitatis, ratione cuius sub illa generali clausula non comprehenditur. Eo vel maxime quod sub illa generali concessione non potest omnis pœna comprehendi: alias etiam posset per huiusmodi iubilæū liberari pœnitentia pœna pœnitentia sibi imposita: quod est alienū ab vsu Ecclesiæ. Probabile ergo est ibi solum intelligi pœnas illas, quæ sacramentorum vsu, seu receptionem impedire possunt, vt Nauarrus superius attigit: quia huiusmodi privilegia in eum finem præcipue concedi solent: & ideo concedunt ea, quæ sunt veluti præparatoria ad illam finem, vt in simili notantur risperiti in l. Ad rem nobilem, §. ff. de Procuratorib.

6

Con. Triā

E Irregularitas autem non est talis pœna, quæ prædictum vsu impediatur, vt suo loco videbimus. Vel certe solum ibi est sermo de illa pœna, in quā propriè possit absolutio cadere: Nam ibi solum datur facultas absoluendi: irregularitas autem nō absoluitur, sed dispensatur. Quo argumento vtitur ipse Soto ad probandū, ibi non concedi potestatem ollēdi

Quid per po-
estatem ab-
soluendi à
penis in re-
scriptis Pon-
tificis intel-
ligatur.

A 4 irregulari-

irregularitatem, quæ absque crimine contrahitur, quia, scilicet illa non absoluitur, sed dispensatur: hoc autem verum est de omni irregularitate, ut supra tractum est, & infra ostendetur in propria materia, ex modo loquendi omnium decretorum, à quibus hæc res tota potissimè pendet. Quod si obiciatur, iuxta hanc interpretationem: poenam nihil differre à censura; responderetur primò, etiam si id verum esset, non fore magnum inconueniens: quia interdum in privilegiis adiungi possunt duæ voces synonymæ ad maiorem explicationem. Secundo addit Nauarrus nomen poenæ in rigore plus comprehendere, etiam si iuxta prædictas expositiones limitetur, quia potest aliquis esse priuatus ad tempus vsu alicuius sacramenti in poenam, quæ propriè censura non fit: & ab illa poena poterit absolui poenitens ex vi illius vocis.

7
Ratio suffi-
cientia, præ-
dicta diui-
sionis essen-
ditur.

Sed quæret aliquis rationem sufficientiæ, ob quam tot sunt species censuræ, & non plures, neque pauciores. Quod dubium tractat latè Vgolinus suprà; & duas affert rationes, quas prætermittimus, tum quia supponunt exactam cognitionem singularum censurarum, & propriarum differentiarum, quibus inter se distinguuntur: tum etiam, quia si in speculatione rigore rationes illæ expendantur, non inueniuntur efficaces. Ait enim in prima ratione quandam esse censuram, quæ priuat totaliter vsu bonorum Ecclesiæ tam actiuo quam passiuo, scilicet excommunicationem: aliam, quæ solum priuat ex parte; hæc vero subdividitur, nam alia est, quæ priuat actiue simul & passiuè, ut interdictum: alia, quæ solum actiue, ut suspensio. At verò statim interrogabo, cur non sit alia censura, quæ priuet etiam ex parte, sed passiuè tantum: item cur non sit alia, quæ priuet omnium bonorum communicatione, actiue tantum & alia, quæ tantum passiuè. Quod si fortasse excommunicatio minor huiusmodi est, iuxta capit. vltim. de clerico excom. ministrante, vel non rectè prima species assignata est, cum sub illa excommunicatio minor comprehendatur, vel hæc erit quarta species censuræ à prædictis distincta. Oritur etiam statim difficultas, quomodo iuxta illam distinguendi rationem hæc censuræ, sint quasi species totales diuersæ, & non potius una sit quasi pars alterius: quod infra in propriis locis videndum est. Ratio igitur sufficientiæ sola est, quia Ecclesia plures censuras non instituit, ut constat ex Pontificis declaratione: ideo autem Ecclesia non instituit plures, quia illæ sufficientes sunt ad effectum, seu finem censurarum, qui est inobedientes & contumaces aut corrigere, aut si duriores sint ab Ecclesia præscindere. Item in illis tribus generibus censurarum continentur omnia spiritalia bona, quibus Ecclesia potest sibi subditos priuare, ut eos coerceat, & varij modi quibus id facere potest, qui extenduntur vel ad diuersos ordines personarum, ut sunt clerici, vel laici: vel non solum ad personas, sed etiam ad loca sacra, quanquam in ordine ad personas, prout expedit ad corrigenda diuersa peccatorum genera, vel clericorum propria, vel communis etiam laicis, & secrete, aut publica, quæve cum maiori scandalo fiunt: ad quæ omnia sufficit illa varietas censurarum; præsertim, cum Ecclesia habeat alias poenas, quæ censuræ non sunt, ut supra visum est.

8
In quibus
censura spe-
cies conue-
niant &
differant.
Syluest.
Nauarr.

Tandem interrogabit aliquis, quæ sint ea, in quibus prædictæ censuræ conueniunt aut differunt: quam rem tractat latè Syluester verb. *Interdictum*, num. 4. & Nauarr. ca. 27. num. 164. sed non est quod in hac questione explicanda hic immoremur, ne oporteat hic inuoluere multa, quæ inferius in propriis locis declaranda sunt. Satis ergo nunc sit respondere, illa tria in primis conuenire in communi ratione censuræ: & consequenter conuenire etiam aliquo modo in causis, effectibus, accidentibus, & modo ferendi vel tollendi censuram. De quibus

A omnibus quatenus communia sunt, in proximis disputationibus dicturi sumus: Differunt autem in propriis rationibus, seu proprietatibus dictarum censurarum, quæ pro huius loci opportunitate satis insinuatæ sunt: inferius autem in propriis locis sunt ex professo tractandæ. Hic etiam inquiri posset an rectè diuidatur censura in eam, quæ est à iure diuino, vel humano: vel in eam, quæ est à iure, aut ab homine: sed hæc tractabuntur melius disputatione sequente.

DISPUTATIO I I.

De causa efficiente censuræ, & variis modis efficiendi, seu imponendi illam.



Explicata communi ratione censuræ, & speciebus eius, tractandum sequitur de causis eius: quæ potissimè sunt causa efficiens, & materialis, seu subiectiua, & finalis: formalis verò hic nulla est propria, nam ipsa censura se habet ut forma seu priuatio quædam: quia tamen in ferenda censura aliqua debita forma seruanda est, quæ aliquo modo pertinet ad efficientem causam, seu ad modum seruandum in imponenda censura: illam in sequente Disputatione explicabimus. Vnde ob hanc rationem huic causæ primum locum in hac materia damus, vel etiam, quia hæc res morales, quæ solum sunt ex institutione, maximè pendunt ex efficiente causa. De hac ergo videndum est an sit diuina, vel tantum humana, & hæc quæ sit, & quomodo, & quot modis possit, aut soleat censuram imponere.

SECTIO I.

Virum sit aliqua censura de iure diuino, vel omnis sit immediatè ex potestate humana.

Nonnulli Doctores, præsertim Iurisperiti ita loquuntur ut dicant, vel omnes censuras, vel aliquas saltem esse de iure diuino. Alij verò simpliciter negant esse vllam censuram de iure diuino. Quod simpliciter & absolute verum est. Ne tamen ob verborum ambiguitatem sit diuersitas in modo loquendi, quatuor distinguere oportet. Primum est potestas ferendi censuras: secundum est institutio censuræ: tertium impositio, & quasi applicatio censuræ ad hanc, vel illam personam: quartum est obligatio, quæ ex vi censuræ impositæ manet in tali persona, ut contra censuram non operetur: quæ sunt attentè distinguenda, & notanda, pro his, quæ in discursu materiæ dicemus.

Quod ergo ad potestatem attinet, dici quidem potest de iure diuino: quia illa potestas immediatam originem à DEO trahit, ut vidimus: & quia diuino iure sancitum est, ut in Ecclesia sit huiusmodi potestas. Vnde, quia potestas est propter vsum, ideo dici etiam potest, vsum huius potestatis esse ex diuino iure, vel saltem illi conformem: quia Christus dando Ecclesiæ hanc potestatem, voluit ut esset in Ecclesia vsus eius, si necessarius vel utilis existimaretur. Et hac ratione dixit Chrysostomus homil. quarta ad Hebr. & refertur in questione tertia, capit. trigésimo primo. Nemo contemnat vincula Ecclesiastica, non enim homo est qui ligat, sed Christus, qui nobis hanc potestatem dedit, &c. Quin potius in extranea. Vnde sanctam, de Maiorit. & obed. hæc potestas, diuina, appellatur, quia ore diuino Petro fuit data, sibi, suisque successoribus in ipso. Vocatur autem di-

1
Potestatem
ferendi cen-
suras & v-
sum eius esse
de iure diuino

Chrysost.

uin.